

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1925**

De B. Helena Hungara Sanctimoniali Ordinis S. Dominici Commentarius  
Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

A unumquodque litteris mandatum esse; sed puncta tantum, fide mea, vobis rettuli, nec potui ad dimidiam partem pervenire. Quamobrem, quae de eius gestis, doctrinis, consiliiis vobis rettuli, perinde sunt ac si homo aliquis, occiso taurō, pellem ei detraheret carnem vero proi-

ceret neque illius adipem attingeret. Haud aliter et nos ad intima facinorum eius non pervenimus sed eorum superficiem verbis expressimus.

Oratio et benedictio sancti Iohannis sint cum omnibus nobis in saecula saeculorum. Amen.

## DE B. HELENA HUNGARA SANCTIMONIALI ORDINIS S. DOMINICI

### COMMENTARIUS PRAEVIOUS

C. AN. 1240

*Legenda antiquioris codices.* 1. Beatae Helenae Vita tribus formis nobis tradita est. Ex his quae ab archetypo propria videtur abesse in tribus codicibus servata est, quorum duo in bibliotheca communali Senensi habitentur, tertius in conventu Fratrum Praedicatorum Bononiensi. In Hungaria, quae B. Helenae patria fuit, hacenus nullum eius Vitae exemplum repertum est. Iamvero de codicibus illis quidem haec paucis notanda sunt.

**S 1** = Codex T. I. I bibliothecae Senensis, membraneus, 122 foliorum, 0<sup>m</sup>.305 × 0,215, binis columnis, scriptura nitida saeculi XV exaratus. Litterae initiales aliquot ornatis pictae sunt et in littero quidem N, qua nostra legenda exorditur, descripta fuit beatae Helenae imago, cuius manus et pectus stigmata gerunt unde titia alba videntur efflorescere. Complectitur codex, fol. 1-118, legendam maiorem S. Catharinæ Senensis a Raimundo Capuano, et fol. 118-122, legendam B. Helenae Hungarae. Pertinet codex ad conventum Fratrum Praedicatorum Senensem. Saec. XVIII a matronis civitatis opipare colligatus fuit. In cuius rei memoriam scedula inserita fuit in qua haec leguntur: Questo volume contiene la leggenda di S. Caterina da Siena, composta in latino dal B. Raimondo da Capua suo confessore e generale XXIII de Predicatori, e dal medesimo Raimondo fu mandato al convento di San Domenico di Siena insieme coll' altre opere della santa. Come ascrisse il B. Tommaso Caffarini nel processo pro la canonizzazione della santa, a car. 17, che si conserva legalizzato dentro la custodia della sagra testa, dove dice che fin dell' anno 1396 i detti volumi si trovavano in questo convento. Da questa leggenda anno tolte tutte le notizie di S. Caterina gli altri scrittori della sua vita come il B. Tommaso Caffarini, il B. Massimino da Salerno, S. Antonino, Pietro Esquiline, il Surio, il Manerbio, il Ribadeneira, il Borghesi, il Caterino, i Bollandi et altri etc. Fu trasportato questo manoscritto dall' antico archivio nella sagrestia fra le reliquie della santa l'anno 1705. *Haec librarius saec. XVIII non admodum eruditus. Nempe hoc volumen in convenitu Senensi inde ab anno 1396 asservatum fuisse*

non potuit, neque a B. Raymundo Capuano, qui anno 1399 mortuus est, mitti, quandoquidem legenda B. Helenae in Italiā transmissa non fuit ante annum 1409, ut infra dicetur. Probabilius coniecit v.d. Robertus Fawtier (1) illud esse unum e quattuordecim codicibus quos, circa annum 1414, auctore Thoma Caffarini, Nicolaus et Aldobrandinus de Guidicioni in bibliotheca Fratrum Praedicatorum Senensem deponendos curarunt inter alia documenta quae ad causam canonizationis S. Catharinæ Senensis pertinebant.

**S 2** = Codex T. III. I eiusdem bibliothecae Senensis, chartaceus, 172 foliorum, 0<sup>m</sup>.280 × 0,200, binis columnis a duobus librariis dimidiato iam saec. XV exaratus. Complectitur legendam maiorem S. Catharinæ, varia opuscula ascistica et, fol. 143<sup>v</sup>-145<sup>v</sup>, legendam B. Helenae. Is etiam pertinuit ad conventum Fratrum Praedicatorum Senensem ubi saec. XVIII compactus fuit. Videtur iste e codice S 1 descriptus fuisse a quo praeter minutis aliquot grammaticas varietales, paucis mendis discrepat. Codicem pro nobis officiosissime contulit R. P. Taurisano O. P.

**S 3** = Codex in conventu Fratrum Praedicatorum Bononiensium servatus, chartaceus, F 0<sup>m</sup>.230 × 0,180, saec. XV variis manibus exaratus. Complectitur Vitas sanctorum et beatorum ex ordine Praedicatorum, inter quas, fol. 68<sup>v</sup>-70<sup>v</sup>, legenda B. Helenae descripta fuit, manu, ut videtur, teutonica et certe non italica. Hunc etiam codicem pro nobis contulit P. Taurisano. Textus tam prope accedit ad codices S 1 et S 2 ut ex eorum alterutro descriptum eum credideris. In isto quidem versiculus in § 2 propter homoeoteleton intercidit. Insuper in § 14 notatur lacuna eadem quae habetur in codicibus S 1 et S 2, fortasse quod in archetypo hungarico aliquot verba legi non potuerunt.

2. Praeter haec tria exempla, duas recensiones servatae sunt. Harum prior (= D) legitur inter opera Hieronymi de Bursellis Bononiensis (1432-1497), qui in sua Cronica Magistrorum generalium ordinis Fratrum Praedicatorum et omnium gestorum sub ipsis et clarorum virorum eiusdem ordinis in scientia dignitate et sanctitate appendicem inseruit complectentem Vitas aliquot sanc-

Recensio-  
nes  
Hierony-  
mi de  
Bursellis

(1) R. FAWTIER, *La Vie de la bienheureuse Hélène de Hongrie* (Rome, 1913), p. 10. Extrait des *Mélanges d'Archéologie et d'Histoire publiés par l'École Française de Rome*, t. XXXIII.

A *torum dominicanorum* (1). Hieronymus ille quidem, aut scriptor ignotus si quem seculus est, stitum prioris Vitae satis libere emendavit, locos aliquot contraxit, nomina propria expunxit; ubi Helena in S appellabatur domina, eam titulo beatae insignivit; duo miracula quae in Vita prima post clausulam adiecta fuerant in ipsam narrationem inseruit. Unde autem Hieronymi recensio fluxerit aperte significatur in prologo qui praemissus fuit in haec verba: De beata Helena Hungarica. Anno Domini... (2) beata Helena sanctimonialis ordinis Predicatorum in monasterio sancte Catherine de Vesprimo vite sanctimoniali et miraculis fulgens migravit ad Dominum. De eius autem vita et de miraculis patratis eius precibus tam in vita quam in morte aliqua vidi et legi Venetiis, que scripta fuerunt per sorores eiusdem monasterii, que cum ipsa conversate fuerant. Unde ita scribunt: Nos sorores, cet. *Huius recensionis duo exempla nobis innotuerunt. Sunt autem haec:*

B **D 1** = *Codex 1999 bibliothecae Universitatis Bononiensis, chartaceus, 282 foliis constans, 0<sup>m</sup>.300 × 0,203, saec. XV exaratus et quidem ab ipso Hieronymo de Bursellis. Pertinuit hie codex ad conventum Sancti Dominici Bononiensem. Vita B. Helene in appendice legitur fol. 35-37.*

**D 2** = *Liber QQ archivi generalis ordinis Praedicatorum, qui non proprie codex est sed fasciculus aliquis apographorum saec. XVIII Bononia ut plurimum transmissorum a P. Paulo Seraphino Tacconi ad R. P. Antoninum Bremond, generalem Magistrum ordinis Praedicatorum. Haec videntur una fuisse submissa, sicut testatur syngraphe quae initio codicis praefixa est. B. Helene Vita descripta fuit e Hieronymo de Bursellis.*

*et Ambrosii Taegii.* 3. Longius ab S recedit T quod Ambrosius

Taegius in suum Chronicum Ordinis generale inseruit parte III: De insigniis ordinis Fratrum Predicatorum, Dist. 8: De sanctimonialibus dicti ordinis que exemplo sancte vite clauerunt, cap. II: Vita beate sororis Helene de Ungaria, sororis ordinis predicatorum virgine sanctissima, quam sorores monasterii sui scripserunt. Ambrosii Taegii chirographum intererit; verum in archivio romano ordinis Praedicatorum, XIV, 55, huius exemplum authenticum habetur quod Mediolani anno 1758 ex archetypo descripsit P. Vincentius Montio S. Theol. Mag. In hoc quidem Vita B. Helene legitur lomo II, fol. 145<sup>v</sup>-148. Praemissum fuit proemium quod Taegius videtur ex D mutuatus esse. Et re quidem vera plane certum est istum recensione Hieronymi de Bursellis usum fuisse. Hanc enim ubique sectatur, neque ex S usquam corrigit; quin immo ab S recedit etiam in his locis ubi D cum isto congruit. Praeterea ordo narrationis perturbatus fuit et miracula in capitula 27 distributa sunt, similibus similia sequentibus. Ad emendationem textus nec D nec T quidpiam conferunt. Ambo enim ab

C *et Ambrosii Taegii.* 3. Longius ab S recedit T quod Ambrosius Taegius in suum Chronicum Ordinis generale inseruit parte III: De insigniis ordinis Fratrum Predicatorum, Dist. 8: De sanctimonialibus dicti ordinis que exemplo sancte vite clauerunt, cap. II: Vita beate sororis Helene de Ungaria, sororis ordinis predicatorum virgine sanctissima, quam sorores monasterii sui scripserunt. Ambrosii Taegii chirographum intererit; verum in archivio romano ordinis Praedicatorum, XIV, 55, huius exemplum authenticum habetur quod Mediolani anno 1758 ex archetypo descripsit P. Vincentius Montio S. Theol. Mag. In hoc quidem Vita B. Helene legitur lomo II, fol. 145<sup>v</sup>-148. Praemissum fuit proemium quod Taegius videtur ex D mutuatus esse. Et re quidem vera plane certum est istum recensione Hieronymi de Bursellis usum fuisse. Hanc enim ubique sectatur, neque ex S usquam corrigit; quin immo ab S recedit etiam in his locis ubi D cum isto congruit. Praeterea ordo narrationis perturbatus fuit et miracula in capitula 27 distributa sunt, similibus similia sequentibus. Ad emendationem textus nec D nec T quidpiam conferunt. Ambo enim ab

exemplo fluxerunt iis nihilo meliori quae superius D memorata sunt. Ubicumque S 1, S 2, S 3 aegre intellegantur, D et T obscuram sententiam sive omittunt, sive circuitu verborum praeferuntur qui certe a primo scriptore alienus est.

4. Vita antiquior in bibliothecis videtur deluisse. Fama B. Helene epitomis praesertim increbruit. Quarum ad nos pervenerunt duae. Beatae historiam primus contraxit circa annum 1412 Thomas Caffarini in Supplemento Legendarum prolixae Virginis Catharinae de Senis. Huius libelli quatuor exempla extant quae describere non vacat (3). Nullum enim subsidium inde potest colligi ad B. Helene historiam. Caffarinus Vitam S aut ipsis verbis refert aut licenter stilu mutato retractat. Huic tamen gratia debetur quod B. Helene Vita nobis servata sit. Ait enim: Tertio narrare disposui que scripta reperi te stigmatibus dicte speciei ad quamdam B. Helene de Ungaria sanctimoniali ordinis Predicatorum pertinentibus, de quibus utique stigmatibus habetur in sua legenda michi fideliter a quadam Rdo Patre Fratre Gregorio, tunc priori Provinciali provincie Ungarie, transmissa et continentem videlicet qualiter dicta sancta habuit cycatrices in duabus manibus et pedibus et pectore. Et consequenter explicatur tam de vita mirabilis dicta virginis quam etiam de eiusdem cycatricibus, seu stigmatibus admirandis, unde quantum ad dicta stigmata notatur ibi quomodo primam cycatricem... (4). Item ad confirmationem predictorum copiam littere supradicte quam michi direxit supradicatus Provincialis Ungarie duxi presentibus inserendum, cuius tenor talis est, videlicet: « Salutem in Iesu omnium Salvatore! Reverende pater, iam plures litteras vestras recepi super legenda sancte Margarite et eius magistre que vocabatur soror Helena. Etiam petebatis que ipsarum habuisset stigmata? Super hoc mitto vobis legendam et vitam eiusdem sororis Helene sancte in qua habetur quomodo et qualiter habuerit realiter et certitudinaliter stigmata. Mitto vobis etiam aliquam partem legende sancte Margarite et etiam in medio et in fine illius partis tota legenda terminabitur eodem modo cum miraculis usque ad finem. Si autem totam vultis habere pro certo continet in toto usque ad medianam bibliam<sup>1</sup>. Alias autem legendas provincie nostre non potui scribi facere sed laborabo quod in brevi transmittam in scriptis. Valete in Domino feliciter. Datum Bude, dominica tertia Adventus, millesimo quadringentesimo nono. Frater Gregorius Provincialis Ungarie ordinis Predicatorum, vester in omnibus (5). »

<sup>1</sup> bibliam cod.

Haec Frater Gregorius Provincialis Hungariae. Ex Supplementi partis II tractatu 7<sup>o</sup>, quo haec

tique des sources (Paris, 1921), p. 44, annot., addi potest quartum quod Romae apud Fratres Praedicatorum asservatur, in cod. signato Liber H, fol. 485 sqq. (saec. XVII). Usi sumus codice bibl. civitatis Senensis T. I. 2, fol. 76<sup>v</sup>-78. — (4) Supplementum, fol. 76<sup>v</sup>-77. — (5) Ibid., fol. 78.

continentur

Epitome  
apud  
Thomam  
Caffar-  
num,

A continentur constat quid Caffarinum moverit ad anquarendam B. Helenae historiam. De hac enim non videtur ipse fuisse sollicitus; sed cum in agenda causa B. Catharinae Senensis excludenda ei essent argументa Fratrum Minorum qui negabant S. Catharinam stigmatibus fuisse signatam quod S. Francisci proprium charisma esset, dedita opera ostendere studuit Caffarinus hoc privilegium non uni S. Catharine sed aliis etiam alumnis ordinis Praedicatorum, B. Gualterio Argentoratensi et B. Helenae Hungaræ concessum fuisse. Itaque rogatu Caffarini B. Helenae Vita Venetas sumissa fuit, ubi idem Caffarinus eam describendam curavit, ut supra dictum est. Sic igitur eius opera B. Helenae Vita ab interitu servata fuit.

*apud Seraphinum Razzi.* 5. Non tamen ipsius Caffarini libellus videtur latius increbruisse, qui hactenus nondum editus fuit (1). Vulgatior fuit altera epitome italica quam edidit Seraphinus Razzi in opere Vite dei Santi e Beati del sacro ordine de' Frati Predicatori. Testatur hic se usum fuisse duobus codicibus qui in bibliothecis Fratrum Praedicatorum servabantur, alter in conventu Clugensi alter in Bononiensi (2). Ex indicis quae singillatim recensere supervacaneum est constat ex his codicibus alterum Vitam antiquiore exhibuisse, alterum recensionem D. Alio fonte Razius non usus est. Hanc epitomen passim exciperunt omnes haec geographi posterioris aetatis, etsi eorum nonnulli se Taegio usos profiterunt.

*Legenda aetas et origo.*

6. Hacenus conperimus ad Vitam S referendum esse quicquid nobis de B. Helena traditum est. Iam explorandum est qui fuerint illius fontes et origo. Libello post clausulam addita fuisse duo miracula (§§ 21, 22) superius iam diximus. Ipsum operis corpus duabus partibus constare quae alia aetate et ab aliis scriptoribus compositae essent existimat Robertus Fawtier his fretus argumentum. 1<sup>o</sup> Stilus Vitae minime aequalibus est et in posteriori quidem parte multo emendatione quam in prima. 2<sup>o</sup> Pars prior (§ 1-13) paulo post obitum beatæ a monialibus conventus Vesprimensis scripta fuit, quae Helenam Dominam appellant; contra in altera parte (§ 14-20) eadem semper titulo beatæ insignita est, quasi interea eius cultus ab Ecclesia probatus fuisset. 3<sup>o</sup> In priore parte (§ 6) memoratur sanctæ vaticinium de Tatarorum incursionibus quod videtur non multo ante eventu comprobatum fuisse; ergo brevi post annum 1241 haec scripta est. Contra in altera parte (§ 16) nominatur rex Stephanus non quasi tum regnaret sed quasi iam obiisset. Atqui post initium saeculi XIII, quo coenobium Vesprimense conditum est, unus fuit Stephanus Hungariae rex qui regnavit anno 1270-1272 (3). Hactenus Robertus Fawtier, cuius

fatemur argumentis nos parum moveri. Utique D stilus Vitae, qualis nunc edita est, uno quasi tenore non fluit; sed quid postea? In ipso libelli exordio docemur hunc scriptum esse non ab una sorore sed a pluribus. Quid igitur mirum si existis unaqueque proprio quodam sermone propriisque formulis usa sit? Hinc fit, verbi gratia, ut interdum numero singulari interdum plurali narratrices utantur. Gravius indicium foret si in ipsa rerum narralarum serie discrepantiae notarentur quae diversam aetatem proderent. Sed nihil eius modi cernitur in exemplis quae a Roberto Fawtier allata sunt. Vaticinium de Tatarorum incursione his verbis narratum est: Dum timor Tatarorum cunctos invaderet, dixit ei quedam soror: « Quid faciemus, domina Helena, de Tataris? » Respondit: « Ego non videbo adventum eorum, sed tu videbis. » Que usque hodie perseverat (§ 6). His verbis designatam esse existimat Fawtier incursionem Tatarorum quae anno 1241 accidit et omnium saevissima fuit. In hoc quidem ei possumus assentiri. Sed undenam sibi persuasit ipsam narrationem paulo post annum 1241 scriptam fuisse? Num idcirco quod soror cui hoc oraculum beata ediderat superstes etiam fuisse dicitur? Immo vero ex hac formula propensius intellexerimus Vitam multo post tempore scriptam fuisse, cum huius vaticinii pauci et fortasse unicus testis superesset (4). Idem sonant mentions aliquot quae obiter iniciuntur: flores et stigmatibus beatæ decerpiti diu apud nos fuerunt (§ 1); ad beatam prodigiose accedit quaedam crux lignea quae adhuc apud nos est (§ 2); miraculum a beata in horitulo patratum (§ 11) narratur ex relatione cuiusdam sororis antiquae et devotee. Hacc qui non praeiudicata sententia legit, satis diuturno tempore post mortem beatæ scripta existimabit. Magis ambiguum est quod de uxore Rolandi palatini referuntur his verbis: Item dum quedam nobilis iuvenula in gravi infirmitate amissi sensu ad eam duceretur per eius merita redditæ est sanitati ita ut usque ad suam mortem in bono et optimo sensu permaneret. Et hec fuit uxor Rolandi palatini (§ 8). Quis fuerit ille Rolandus palatinus: comes ille Posoniensis qui palatini titulo in documentis annorum 1248-1258 passim appellatur (5), an vero Iudex Cumanorum et Banus Machoviensis qui eodem munere jugebat anno 1273, 1274 et 1275 (6), non liquet. Uterque designari potuit. Ut cumque se res habet, puella ista quam beata sanitati restituerat praedicto Rolando nupserat, « usque ad mortem suam in bono et optimo sensu permanerat » et aetatem fortasse longiusculam exegerat. Profecto verba narrationis non annum 1241 sed multo posterius tempus significant.

(1) Praetermissa est haec Supplementi pars in versione italica quam edidit Ambr. TANTUCCI, *Supplimento alla vulgata leggenda di S. Caterina da Siena che forma il tomo secondo della sua vita scritto già in lingua latina dal B. Tommaso Nacci Caffarini*, Lucca, 1754. — (2) Serafino Razzi, *Vite dei santi e beati del sacro ordine de' Frati Predicatori così huomini come donne* (Palermo, 1605), p. 444. — (3) *La vie de la B.<sup>e</sup> Hélène de Hongrie*, p. 11-12. — (4) Reliquos non una aetas deleverat. Refert FARLATUS, *Ilyricum sacrum*, t. IV (Venetiis, 1749), p. 77-78, ingruente Tatarorum incursione, e coenobio Vesprimensi aufugisse moniales quinque quarum nomina ipse

novit. Ex his quattuor Nonam se receperunt. Quintae nomen erat Helena. Cave tamen credas hanc nostram Helenam esse, a qua prorsus distinguenda est. Haec Iaderam in littore Dalmatiae perrexit, ubi monasterium sub titulo Sanctae Mariæ de Alta Ripa condidit. — (5) Gustáv WENZEL, *Codex diplomaticus Arpadianus continuatus*, t. II (Pest, 1861), pp. 209, 216, 228, 242, 256-61; t. VII (1869), pp. 260, 320, 369, 398, 503 (= *Monumenta Hungariae historica*, Diplomataria, t. VII et XIII). — (6) WENZEL, op. c., t. IV, pp. 21, 23, 30, 38, 52; St. KATONA, *Historia critica regum Hungariae stirpis Arpadianae*, t. VII (Budae, 1782), p. 1012.

A 7. Quae cum ita sint, minime constat primam partem brevi tempore scriptam fuisse post obitum beatae. Pars altera certe scripta fuit post elevationem reliquiarum quae post annos 17 contigit, anno circiter 1257. Nobis tamen firmum non videtur argumentum quo sibi persuasi. Fawtier Vitam scriptam fuisse post annum 1272 quo mortuus est rex Stephanus qui § 16 memoratur. Nempe Stephanus IV, qui manifesto hic designatur, regnavit ab anno 1270 ad annum 1272; concedimus etiam eum non iis formulis designari quibus projecto scriptor usus esset ipso tempore quo Stephanus imperium obtinere. Verum est iam anno 1245 ad regnum electus fuit a Bela IV pater suo (1) et ab anno saltem 1258 regis titulo in diplomatis passim appellatur (2). Eodem titulo hagiographus noster uti potuit antequam reapse Stephanus imperium exercuit. Eandem aetatem significare videntur miracula quorum alterum in postrema parte Vitae refertur (§ 19), alterum autem in appendice additum fuit (§ 21). Utrunque

B contigit in filiis Nicolai de Wigman filii Andreae. Nominatur is in diplomate anni 1257, quo donationem ei factam rex Bela correxit (3). Illi autem diplomate anni 1273 rex Ladislaus confirmavit rescriptum Stephani IV, quo in quadam bona sua Nicolaus restitus fuerat, mortuo, ut videtur, patre (4). Prius autem prodigium contigit in eius filio, alterum in filia adulta needum, ut videtur, nupta. Etsi certa temporis nota inde colligi non potest, veri tamen admodum simile est prius miraculum scriptum fuisse eo tempore cum comes Nicolaus patre superstite non ita pridem uxorem duxerat; secundum vero aliquot annis postea. Inter utrumque beatae Vita litteris mandata fuerat. Haec omnia indicia probabiliter significant tempus ab anno 1257 non valde remotum quo beatus corpus elevatum fuit. Haec enim opportunitas esse solet qua hagiographi ad suum opus se accingunt.

B: Helena  
mortis  
annus

C: Helena  
mortis  
annus

8. Itaque B. Helena Vita videtur conscripta fuisse viginti circiter annos post beatae obitum quem supra, omissa parumper probatione, anno 1240 contigisse diximus. Iam videndum est quomodo hoc tempus certius definiri possit. Helena certe superstes erat paulo ante annum 1239 quando natus est Stephanus IV. Feritur enim (§ 5) praedixisse regem Belam filio tandem auctum

iri, quem viginti circiter annis frustra exspectaverat (5). Veri simile est vaticinium sanctae non multo ante eventum contigisse. Contra, anno 1241, sancta e vivis iam excesserat. Negavit enim se Tataros in Hungariam irruentes esse visuram (§ 6). Inde colligitur prope certo eam inter annos 1239 et 1241 mortuam esse. Neque audiendos putamus hagiographos recentiores, Plodium (6) et Bzovium (7), qui B. Helenam anno 1270 mortuam esse perperam collegunt ex Ferdinandi de Castillo Historia generali S. Dominici et ordinis eius, ubi postquam ad annum 1270 relata est mors B. Margaritae continuo subiungitur elogium B. Helenae eius magistræ (8). Nam praeterquam quod Ferdinandus de Castillo ipsam Helenam hoc anno diem supremum obisse non asserit, nihil habendum foret hoc testimonium quod in manefesto errore niteretur, sicut modo videbimus.

9. Neque dies eius emortualis nobis traditus fuit. Hagiographi autem posterioris aetatis qui ad certum diem eam commemorant non certo documento nituntur sed aut propriis conjecturis aut rationibus

E

ad historiam alienis. Marchesius (9) et, ut videtur eo auctore, Ponzius (10) B. Helenam annuntiant ad diem 16 martii, quod Marchesius oscitantur Raissium legerit qui ad hanc diem in elogio S. Pieironae B. Helenam memorat inter sanctos qui stigmatibus fuerint insigniti (11). Silvanus Razzi Helena nostram coniunxit pro arbitrio suo cum S. Helena imperatrice, cuius festum celebratur die 18 augusti (12). Diem 4 octobris elegit Arturus quod hac die, in festo S. Francisci, Heleneae sacra stigmata impressa fuerint (13). Decessores nostri Helenam memorantes inter Praetermissos ad diem 18 augusti, eius commemorationem se repperisse testati sunt alicubi ad diem 8 novembris (14). Tandem Annus Dominicanus (15) et Ephemerides Dominicano-sacrae (16), nullo auctore allato, diem 9 novembris indicant; quae una nobis relicta est ut de S. Helena Hungara ageremus. Quanto tempore in conventu Sanctae Catharinæ vixerit beata e documentis erui non potest. Sorores quidem eius historiam litteris mandarunt multos annos in eius consuetudine se transegisse profiluerunt. Duo tamen hic notanda sunt: 1<sup>o</sup> coenobium Vesprimense post annum 1221 erectum fuit (17); 2<sup>o</sup> non videtur B. Helena e sororibus fuisse quae coenobium condiderunt. Vix enim in-

F

(1) Eug. CSUDAY, *Die Geschichte der Ungarn*, 2<sup>o</sup> Aufl. übersetzt von Dr. M. DARVAI, t. I (s. l., 1900), p. 282.—(2) WENZEL, op.c., t. II, p. 317 et passim; t. VII, p. 486.—(3) WENZEL, *Cod. diplomaticus Arpadianus*, t. VII, p. 456.—(4) *Codex diplomaticus domus senioris comitum Zichy de Zich et Vasonkő*, t. I (Pestini, 1871), p. 32; cf. p. 23.—(5) KATONA, op. c., t. V, pp. 862, 867.—(6) Gio. Michele Pio, *Delle vite degli uomini illustri di S. Domenico* (Bologna, 1607), p. 496.—(7) *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1621), p. 765.—(8) Hernando DE CASTILLO, *Primera parte de la historia general de Santo Domingo y de su orden de Predicadores* (Valencia, 1587), p. 389.—(9) Domenico Maria MARCHESE O. P., *Sagro Diario dominicano*, t. II (Napoli, 1670), p. 73.—(10) [PONZI], *Sagro Diario dominicano* (Roma, 1758), p. 69.—(11) A. de RAISSE, *Ad Natales sanctorum Belgii Ioannis Molani Auctarium* (Duaci, 1626), p. 41.—(12) Silvanus RAZZIUS, *Delle vite delle donne illustri per sanctitatem*, t. IV (Firenze, 1599), p. 170 seq.—(13) *Sacrum gynecaenum* (Paris, 1657), p. 390.—(14) *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 519. —

(15) [B. D.] *L'Année dominiquaine ou sentences pour tous les jours de l'année*, par un Prestre du Tiers Ordre de S. Dominique, t. II (Paris, 1670), p. 317.—(16) Fridericus STEILL, O. P., *Ephemerides Dominicano-sacrae*, t. II (Dillingen, 1691), *Geistlichen Lustgartens des H. Prediger-Ordens*, Elffter Monath, November, p. 86.—(17) De origine monasterii Vesprimensis haec partim certa probabilitate sunt. FERRARIUS, op. c., p. 542, et pp. 38, 43, auctorem secutus Michaelem Pio, *De Progenie S. Dominici*, I. II, c. 63, referit coenobium Vesprimense anno 1221 vel 1222 conditum fuisse a B. Paulo Hungaro, quem reapse hoc anno Vesprimium advenisse testatur Petrus Bodrogiensis, in appendice ad *Vitas Fratrum*, in *Monumenta Ord. Fratrum Praed. hist.*, t. I (Lovanii, 1896), p. 305. In hac sententia, nostra aetate, perstiterunt dd. vv. MORTIER, *Hist. des Maîtres généraux de l'ordre des Frères Précheurs*, t. I (Paris, 1903), p. 295; FAUCHER, *La B<sup>re</sup>e Hélène de Hongrie du monastère de Veszprém*, (Extrait des Annales Dominicaines, 1904), p. 2; FAWTIER, *La Vie de la B<sup>re</sup> Hélène de Hongrie*, p. 12. Nuper tamen v. d. Nikolaus PFEIFFER, -tellegitur

A tellegitur quomodo in eius Vita ubi minutissima  
queaque notantur hoc fuisse praetermissem.

B. Helena  
non fuit  
magistra  
B. Margaritae.

10. Ex iis quae modo exposuimus iam luculentem constat B. Helenam non fuisse magistram B. Margaritae. Nondum enim haec nata erat quando voto parentum Deo sacra fuit, ea condicione ut Tatari Hungariam non invaderent (1). Itaque nata est fere eodem tempore quo B. Helena et vivis excessit. In Inquisitione super vita conversatione et miraculis B. Margaritae auctoritate pontificia anno 1276 facta, passim nata legitur anno 1242 (2), id est uno anno post Tatarorum invasionem, quam B. Helena superstes non vidit. Ceterum neque in Actis eius causae, in qua duae eius magistræ, soror Catharina et soror Olympiades, interrogatae fuerunt (3), neque in antiqua Vita hungarica B. Margaritae, quæ ante exactum saec. XIII scripta fuit (4), neque in huius Vita latina quam saec. sequenti Garinus de Giano concepit, ulla B. Helenae mentio occurrit. Quin adeo hagiographi posteriores qui B. Margaritam Helenae discipulam fuisse asseverant, hanc quidem in lemmate eius elogii B. Margaritae magistrum appellant, sed in ipsa narratione huius tituli videntur oblitæ. Hinc patet quam dubia sit auctoritas traditionis quam Gregorius Hungariae provincialis antestatur in epistula ad Caffarinum data, ubi B. Helenam appellat magistram B. Margaritam (5). Attamen dimidiata circa saec. XV isti rumusculi nondum obsoleverant, nam Petrus Ransanus, qui fuit Siciliae regis apud Hungariae regem legatus, in sua Epitome Rerum Hungaricarum de B. Margarita ita scribit: Suscepit deinde in tam tenera aetate virginum habitu, adhibita ei fuit quaedam ex illarum contubernio, quæ circa omnes se ipsam bonorum operum præbeat exemplum. Ab ea voluit monasterii antistes quam vocitant priressam, educari puellam; ita ut ab ipsa disserat spiritualia cantica, et cetera quibus Deo constitutis horis ac temporibus psalleret, ut dignis Deo dicatae virginis moribus informaretur. Helenae illi nomen fuit. Quae adeo sancte omnem suam egit vitam, ut dum viveret, non solum multis claruerit miraculis sed moriens etiam, ac post mortem; ut in hanc etiam diem sanctitatem ostendere signa nequaquam desierit. Unde et a Vesprimensis hodie quoque beata Helena nuncupatur. Tali itaque sancta puella usq[ue] magistra, vitae illius integritatem imitari, quantum pueriles pati poterant anni admitebatur. Matrem il-

lam appellabat. Quidquid autem ei ab illa faciendum constituebatur, sive per noctem vigilandum orandumque Deum, sive dandam operam vili alicui servitio, ut fit in virginum monasteriis; absque ulla mora exequi humiliiter et alacriter obedienterque studebat (6). Haec Ransonius, qui ista non ex libris sed ex vigente traditione hausisse videtur. Scilicet cum in eodem conuentu et eadem circiter aetate duas sanctas virgines vixissent quae donis caelestibus ambae claruerant, indocta fidelium pietas, ut solet, sibi persuasit iuniorem fuisse in via spirituali ab antiquiore edoclam. B. Margaritae historiam cum B. Helenae historia aliquomodo fuisse permixtam inde etiam patet quod B. Margarita stigmatibus fuisse insignita creditur quae unius B. Helenae propria sunt (7). Hoc enim prodigium nec in actis beatificationis memoratur neque in certioribus illis monumentis quae modo indicavimus neque ullo testimonio fide digno comprobatur, ut ipse Thomas Caffarinus agnovit qui dedita opera de stigmatibus B. Margaritae praedictum provincialem Hungarensem interrogaverat (8). Nihilo tamen setius hac aetate fama huius miraculi in vulgus iam increbrauerat adeo ut imaginibus etiam quas vidit Caffarinus B. Margarita stigmatibus insignita depingeretur (9). Nihil igitur mirum quod geminato errore B. Margarita etiam dicta est filia spiritalis alterius beatæ cuius charismata falso ad eam translatâ erant.

11. De cultu et gloria postuma B. Helenae per pauca nobis innotuerunt. In ipso quidem monasterio Vesprimensi videntur honores sanctorum ei fuisse exhibiti. Etenim reliquiae eius post longissimum tempus propter famam eius sanctitatis elevatae sunt. Vita eius hagiographicis stilo conscripta fuit, in qua passim beata nuncupatur; isque titulus in historiis ei proprius factus est. Imagines eius depictae sunt, beatae nomine inscriptae, in quibus caput eius nimbo circumdatum erat et sacra eius stigmata cum emicantibus inde liliis exhibebantur. Itaque nullus est dubitandi locus quin in Vesprimensi monasterio habita fuerit ut sancta. Illinc eius veneratio ad alia ordinis Praedicatorum coenobia transit. In Museo Nationali picturarum Londiniensi asservatur tabula a B. fratre Angelico Fesulsi depicta, in qua cernitur Christus 266 angelis caelitibusque circumdatus, inter quos ad sinistram in extremo ordine cernuntur B. Margarita et B. Helena (10).

Gloria  
postuma.

Die ungarsche Dominikanerordensprovinz (Zürich, 1913), p. 45 contendit coenobium anno tantum 1240 conditum fuisse a Bartholomaeo episcopo Vesprimensi, cuius donatio facta anno 1240 confirmatorum in bulla Alexandri IV (ibid., p. 161). Ex hoc tamen instrumento minime constat coenobium cum ecclesia primum aedificata fuisse anno 1240 paucis mensibus antequam Tataris Hungariam invadentibus opus certe interrupsum fuisse. Notum est coenobia ordinis Praedicatorum non pauca satis longo tempore extitisse antequam canonice erecta sint. Videatur itaque Bartholomaeus extremo episcopatus sui tempore (1226-1244) donationem confirmando quam aliquot annis antea fecerat. Inclinate iam saeculo XVI, cum Turci Vesprimio potiti sunt, Sanctæ Catharinae coenobium a monialibus desertum fuit. Refert quidem Ferrarius, op.c., p. 543, pauculas ex fugitivis, redditâ pace ineunte saeculo XVII, desertas suas sedes

repetivisse. Coenobium tamen non refloruit. Post obitum monialium quae ab exsilio redierant, dominus eorum transiit in alias manus. Huic partitiae hodieque cernuntur in vicinia urbis Vesprimi prope collem Sancti Benedicti inter septentrionem et occidentem. PFEIFFER, op. c., p. 46. — (1) GARINUS, Vita S. Margaritae, c. 1, Act. SS., Ian. t. II, p. 900. — (2) Monumenta romana episcopatus Vesprimensis, t. I (Budapest, 1896), p. 165-383. — (3) Op. c., pp. 166-70, 217-24. — (4) Ed. G. PRAY, Vita S. Elisabeth... necnon B. Margaritæ virginis... ex mss. codicibus eruta, Tyrnaviae, 1770. — (5) Supra, p. 268, num. 4. — (6) Ed. M. FLORIANUS, Historia Hungaricae fontes domestici, t. IV (Budapestini, 1885), p. 212. — (7) Cf. FERRARIUS, De rebus Ungaricae provinciae, p. 217-19; RAZZI, Vite dei santi, p. 443. — (8) Supra, p. 268, n. 4. — (9) Supplementum, fol. 77v. — (10) An Abridged Catalogue of the Pictures in the National Gallery. Foreign Schools Papiae

A Papiae, teste Ferrario, a dimidiato circiter saeculo XV, « in templo S. Thomae ad altissimum fornici arcum... cernitur B. nostra Helena cum stigmatibus quae recipit a Christo crucifixo hiscque verbis : Beata Helena de Hungaria, virgo » (1). In basilica Sancti Eustorgii Mediolanensi, ab anno 1505 in choro ecclesiae inter effigies 34 totidem clipeis circumdatae quae chari parietem decabant, cernebatur et B. Helena cum inscriptione : « Beata Helena de Ungaria » (2). Item Budae in ecclesia Sancti Stephani ante annos circiter vinti extabat imago B. Helenae nimbo redimita cum inscriptione : « B. Helena Ord. Praed. » (3). Tandem in ecclesia conventus Fratrum Praedicatorum Gandavensis olim servabatur tabula lignea quam artium periti in causa B. Reginaldi post dimidiatum saec. XVI depictam iudicarunt (4). In hac autem exhibetur aula caelestis, ubi inter sanctos 42 ex ordine Fratrum Praedica-

torum locum habet et B. Helena. Praeter has effigies alias variis in locis existuisse colligitur ex Ferdinandi de Castillo testimonio (5). Attamen extra monasterium Vesprimense, cuius historia pertinet cum ipso monasterio, quod saeculo XVI abolutum est, nusquam videtur festum B. Helenae celebratum fuisse. Vetusta calendaria Hungarica illud non annuntiant. Quin immo viri docti ex ordine Fratrum Praedicatorum a nobis interrogati negarunt in fastis sui ordinis huius festi vestigia ultra detecta fuisse.

12. Editæ est B. Helenæ Vita ex codice S 1 a viro docto Roberto Fawtler (6), qui in prolegomenis locos aliquot contulit ea D 2 et T. Illi tamen codici, qui certe omnibus aliis praestat, coniungendos putavimus S 2 et S 3. In annotationibus præcipuum lectionum varietatem afferemus ex recensione D, ut legentibus pateat quantum fidem ista mereatur.

(London, 1906), p. 29, n° 663 ; F. X. FAUCHER, B. La Bienheureuse Hélène de Hongrie du monastère de Vesprim, p. 4, annot. 1. — (1) De rebus Ungaricæ provinciæ, p. 218. — (2) Giuseppe ALLEGRENZA, Descrizione storica della basilica di S. Eustorgio in Milano, 1760, cod. Bibl. Ambrosiana non signatus, fol. 14v-15. — (3) FAU-

CHER, op. c., p. 18. — (4) Parisien. seu Ordinis Praedicatorum Confirmationis cultus ab immemorabili praestiti servo Dei Reginaldo. Summarium (Romæ, 1875), p. 87. — (5) Op. c., p. 389. — (6) La Vie de la bienheureuse Hélène de Hongrie, t. c., p. 15-23.

## VITA B. HELENÆ

E codicibus Senensis bibliothecæ civitatis T. I. I (= S 1), T. III. I (= S 2) et Bononiensi conventus Fratrum Praedicatorum (= S 3), rejecta ad oram paginae præcipua lectionum varietate cod. Bononiensis bibl. Universitatis 1999 (= D). Cf. Comm. præv. num. 1-2.

### Incipit legenda beate Helene de Ungaria monialis ordinis predicatorum<sup>1</sup>.

B. Helena <sup>stigmatibus insignita.</sup> 1. Nos<sup>1</sup> sorores Sancte Katherine de Vesprimio<sup>2</sup> (1) referimus ea que vidimus oculis nostris de domina Helena sorore nostra, quia cum ea sumus conversate multis annis. Habuit<sup>3</sup> cicatrices in ambabus<sup>4</sup> manibus et pedibus et pectore<sup>5</sup>. Prima cicatrix fuit facta in nocte Sancti Francisci in manu dextra<sup>6</sup>, ipsa repugnante et dicente ad Dominum : « Domine, non fiat istud, Domine, non fiat istud. » Vocem eius audivimus sed cui loquebatur<sup>7</sup> non videbamus. Altera cicatrix facta est in die Apostolorum Petri et Pauli, in meridie. In cicatrice manus dextre crevit filum aureum<sup>8</sup> et crines, et filum aureum cum tortura extendebatur in longum. Item vidimus

crescere lillum cum floribus pulcherrimis<sup>9</sup> et filo aureo frequenter, que ne viderentur ab aliis effodiebat<sup>10</sup> de manu<sup>11</sup>; qui flores<sup>12</sup> collecti diu fuerunt apud nos post mortem suam.

2. Item frequentissime rapiebatur et erat in extasi ad magnam horam. In eadem extasi vidiimus corpus Domini in manu eius et in ore. Et<sup>1</sup> dum quadam die quedam<sup>2</sup> de nobis<sup>3</sup> confirmata diu peteret dari sibi dictum corpus Domini et semel negaret<sup>4</sup>, secundo dedit ei, et statim recepit sanitatem; que usque hodie permanxit in sanitate<sup>5</sup>. Unde<sup>6</sup> corpus Domini ad eam venerit Deus scit; hoc tantum scimus quod vidimus in manu eius et in ore in elevacione corporis dominici<sup>7</sup> in missa. Dicebat tamen sorori cuidam quod illud corpus Domini veniebat de celo<sup>8</sup>. In nocte Assumptionis gloriose Virginis, ipsa

Ad eam  
accedit  
sacra  
hostia

**Lemma.** — <sup>1</sup> Legenda beate Helene de Hungaria sanctimonialis ordinis predicatorum que ut in hac narratur legenda stigmata habuit mirabil modo S 3; De beata Helena Hungarica D.

1. — <sup>1</sup> Prologus præficit D, quem dedimus supra, Comm. præv. num. 2, p. 268. — <sup>2</sup> Catherine de Vesprim D. — <sup>3</sup> om. D. — <sup>4</sup> duabus D. — <sup>5</sup> habuit add. D. — <sup>6</sup> (m. d.) d. m. D. — <sup>7</sup> loqueretur D. — <sup>8</sup> (c. f. a.) aureum lillum crevit D. — <sup>9</sup> pulcherimis S 1; (f. p.) p. f. D. — <sup>10</sup> effodiabat S 3. — <sup>11</sup> (e. d. m.) d. m. e. D. — <sup>12</sup> diu

add. S 1-3; (q. f.) flores autem illi D.

2. — <sup>1</sup> (Item - ore et) rapiebatur frequentissime B. Helena quandoque per horam in extasi et in excessum mentis venerandum corpus Domini vidimus in ore eius dum in extasim raperetur et in manibus D. — <sup>2</sup> om. S 3. — <sup>3</sup> (d. n.) ex nostris D. — <sup>4</sup> negaretur D. — <sup>5</sup> (que - sanitate) om. D. — <sup>6</sup> autem add. D. — <sup>7</sup> Domini S 3. — <sup>8</sup> (Dicebat - celo) cuidam sorori interroganti unde corpus dominicum ad eam veniret respondit e celo venit quod Dominus vobis ostendit D.

(1) Hungarice Veszprém, Wesprim, germanice Weissbrunn, in Hungaria occidentali, se-

cundum flumen Sar, caput comitatus eiusdem nominis et sedes episcopalis.

orante

A orante, in profunda nocte<sup>9</sup> una eciam sorore vigilante, alias dormientibus, subito sonus quidam et tinnitus auditus est et ipsa facta est in extasi, et<sup>10</sup> ecce quedam crux erea<sup>11</sup> subito visa est in manu eius dextra<sup>12</sup>, que prius steterat in altari et dum vigilans soror alias sorores excitasset venerunt ad illam et viderunt<sup>13</sup> crucem in manu eius, quam<sup>14</sup> cum vellet de manu eius auferre<sup>15</sup> nulla ratione potuerunt. Sequenti mane<sup>16</sup> fratres<sup>17</sup> predicatores qui ibi tunc erant non poterant auferre de manu eius<sup>18</sup>, donec post meridiem ipsa orante recederet crux de manu eius<sup>19</sup> et in altari collocaretur. Dum hec agerentur magno conatu laborat<sup>20</sup> removere de manu sua ne videretur, ita quod eciam manum suam amputare voluerit cum securi, quia semper laborabat occultare signa eciam a suis sororibus<sup>21</sup>. Dum quadam die post vesperas in<sup>22</sup> capella oraret, alia secum orante sorore, quedam<sup>23</sup> crux lignea que adhuc est apud nos descendit de altari et venit ad eam et stetit coram ea in gradu; postea ad magnam horam reposita est in altari<sup>24</sup>.

Dum orat,  
luminaria  
prodigiose  
accendun-  
tur.  
  
3. Item dum quadam nocte sorores in tenebris canerent<sup>1</sup>. Salve Regina, post complitorium, propter defectum candelarum, ipsaque ad complitorium venire non potuerat propter occupationem<sup>2</sup> operis in quo frequenter se occupabat tam in serviciis quam in aliis operibus, videlicet in preparacione coquine<sup>3</sup>, in incisione lignorum et aliorum similium, veniens ad Salve Regina in tenebris, procidit orans ante altare in capella. Et ecce subito due lucerne in altari accense sunt igne divino, omnibus videntibus et mirantibus et gratias Deo<sup>4</sup> agentibus. Hec miracula frequenter visa sunt<sup>5</sup>.

4. In die sancto Penthecostes, in meridie, dormientibus sororibus, dum vellet venire ad capellam<sup>1</sup> alie due secute sunt eam volentes scire quid ageret. Que dum capellam intrasset et se orationi dedisset ante altare quinque luminaria accensa sunt de quibus tria extinxerunt, due<sup>2</sup> per totum diem Penthecostes et nocte sequenti et die sequenti<sup>3</sup> usque ad missam arserunt, in quibus hoc miraculum accidit<sup>4</sup>, quod candele ardentes non consumebantur. Hec ab omnibus ibi fidelibus<sup>5</sup> concurrentibus visa sunt, ubi tunc

magna<sup>6</sup> hominum devocio<sup>7</sup> habebatur<sup>8</sup> propter<sup>9</sup> miraculum et signi<sup>10</sup> novitatem, ita quod eciam cum processionibus multi venirent ad hoc<sup>11</sup> spectaculum. Hoc miraculum fieri debuit in missa in die Penthecostes<sup>12</sup>, quod ipsa sciens et<sup>13</sup> presciens noluit venire ad missam<sup>14</sup>, nam precedenti nocte<sup>15</sup> rogabat<sup>16</sup>: « Domine, non fiat hoc<sup>17</sup>, non fiat hoc. » Similiter factum est in meridie<sup>18</sup> in festo sancti Marci<sup>19</sup>. In nocte<sup>20</sup> sancte Katherine<sup>21</sup>, in prima nocte primo omnium<sup>22</sup> hoc miraculum visum est ita quod tantum lumen resulfit in capella quod multi viderunt in civitate lumen mirabile<sup>23</sup> et tunc omnium<sup>24</sup> lucerna<sup>25</sup> incensa<sup>26</sup> est.

5. Dum quedam simplex soror primo de hiis miraculis dubitabat, dixit ei domina Helena: « Veni tecum haec nocte in capellam et esto mecum per noctem. » Et<sup>1</sup> dum<sup>2</sup> in profunda nocte oraret, illucescente die sancti Iohannis Evangeliste, que est tertio<sup>3</sup> die Nativitatis Domini, subito lumen resulfit in capella et vidit in manu eius duas lucernas accensas lumine divino<sup>4</sup> et ante E eam stantes duos viros in ueste mirabili, unum in albis et alium in rubra cappa. Hec videns nimio timore perterrita est que prius de eius miraculis hesitabat. Iterum incensa est alia candela igne divino in die sancti Stephani regis<sup>5</sup>; que dum interrogaretur quidnam hoc esset et quid significaret<sup>6</sup> incensio lucernae<sup>7</sup> tali die, dixit: « Orate ardencius ut Dominus donet filium domino regi (I). » Hoc miraculum frequenter visum fuit videlicet incensio candelarum<sup>8</sup>.

6. Dum timor Tartarorum cunctos invaderet (2) dixit ei quedam soror: « Quid faciemus, domina Helena, de Tartaris? » Respondit: « Ego non videbo adventum eorum sed tu videbis. » Que usque hodie perseverat<sup>1</sup>. Spiritum eciam<sup>2</sup> propheticum creditur habuisse quia multa predixit que postea completa sunt. Dum quedam soror inungueretur et iam de vita eius<sup>3</sup> desperassent et ipsa oraret pro moriente, dixit ceteris sororibus: « Nolite timere; non morietur hac vice sed faciet penitenciam suam, quia si modo moriretur<sup>4</sup>, gravius puniretur vel pocius dampnaretur. » Que postea resonata<sup>5</sup> pluribus annis supervixit.

Donum  
prophetiae

S 2 (?). —<sup>8</sup> (ubi - habebatur) om. D. —<sup>9</sup> etiam add. D. —<sup>10</sup> (m. e. s.) miraculi. D. —<sup>11</sup> (ita - hoc) populi crevit devotio ita ut processionaliter ad ecclesiam monialium concurrent ad tam grande D. —<sup>12</sup> propter add. D. —<sup>13</sup> (s. e.) om. D. —<sup>14</sup> (v. a. m.) a. m. v. D. —<sup>15</sup> dominum add. D. —<sup>16</sup> dicens add. D. —<sup>17</sup> domine add. D. —<sup>18</sup> (similiter - meridie) om. D. —<sup>19</sup> evangeliste in meridie similiter divinitus lumen accensum est add. D. —<sup>20</sup> quoque add. D. —<sup>21</sup> Catherine martiris D. —<sup>22</sup> omnis S 3. —<sup>23</sup> (in prima - mirabile) lumen tam magnum apparuit in ecclesia sororum quod per totam civitatem collucebat D. —<sup>24</sup> omni S 2, 3. —<sup>25</sup> in civitate add. D. —<sup>26</sup> accensa D.

5. —<sup>1</sup> (dixit - et) quadam nocte posuit se ad observandum B. Helenam D. —<sup>2</sup> autem add. D. —<sup>3</sup> tertia D. —<sup>4</sup> (a.l.d.) d. l. a. D. —<sup>5</sup> (iterum - regis) in festo S. Stephani regis divine lumine alia candela incensa est D. —<sup>6</sup> significaret D. —<sup>7</sup> (i. l.) i. i. D. —<sup>8</sup> (hoc - candelarum) om. D.

6. —<sup>1</sup> (que - perseverat) et ita evenit ut

dixerat D. —<sup>2</sup> om. D. —<sup>3</sup> (iam d. v. e.) d. v. e.

iam D. —<sup>4</sup> moreretur D. —<sup>5</sup> sanata D.

(1) Cf. Comm. praev. num. 8, supra, p. 270. — (2) Comm. praev. ibid.

Novembris Tomus VI.

VITA  
Imago  
B. Mariae  
ad eam  
accedit.

Aegrotan-  
tes iuvat.

Prodigium  
in corpore  
Domini.

**7.** Dum in festo sancte Catherine<sup>1</sup> missarum sollempnia<sup>2</sup> agerentur, in elevacione corporis dominici, ymago<sup>3</sup> beate Virginis cum filio, que in altari stare consueverat, venit ad fenestram (1) que erat in medio capelle et subito visa est eadem ymago iuxta eam; que ymago postea visa est in manu eius. Alia eciam vice dicta ymago visa est in fenestra<sup>4</sup>.

**8.** Dum quidam clericus nomine Heyerm graviori infirmaretur et mater eiusdem clerici ad eam venisset pro petenda oratione, post factam orationem nocte, sequenti die dixit<sup>1</sup>: « Non potui obtinere salutem clericu quia magnum scelus fecerat<sup>2</sup> in constupracione<sup>3</sup> cuiusdam virginis; sed obtinui sibi penam purgatori<sup>4</sup> usque ad finem seculi. » Qui<sup>5</sup> clericus<sup>6</sup> in eadem infirmitate, sicut predixerat, cito<sup>7</sup> mortuus est. Item dum<sup>8</sup> quidam scolaris nomine Brictius diu langueret gravi infirmitate, qui loqui non poterat pre<sup>9</sup> vocis rauicitudine, acceptum sanguinem de cicatrice posuerunt in aquam et dederunt infirmo bibere, qui in brevi optatam recepit sanitatem per merita Helene famule Dei<sup>10</sup>. Item dum quedam nobilis iuvencula in gravi infirmitate amissus sensu ad eam duceretur, per eius merita redita est sanitati ita ut usque ad suam mortem in bono et optimo sensu permaneret. Et hec fuit uxor Rolandi palatini<sup>11</sup> (2).

**9.** In quadam pixide corpus Domini ostendit<sup>1</sup> quatuor sororibus in mirabili forma. Quedam ex eis<sup>2</sup> vidit conversum in carnem rubeam et gloriosam; illud idem altera vidit ac si esset puerulus, alie domine<sup>3</sup> viderunt similiter rubeum aliquantulum; et dicebat iuvencula ex eis<sup>4</sup>: « Hoc est corpus Domini quod consecratur per manum<sup>5</sup> sacerdotis et delatum fuit ab angelis in celis<sup>6</sup>

**7.** —<sup>1</sup> Catherine D. semper. —<sup>2</sup> sollempnia S 2. —<sup>3</sup> imago S 2, 3. —<sup>4</sup> (alia - fenestra) om. D.

**8.** —<sup>1</sup> (dum - dixit) mater cuiusdam clerici venit ad B. Helenam ut oraret pro dicto clerici gravriter egrotante. Dum autem orasset visa est ymago beate Virginis supradicte in fenestra. Die autem sequenti dixit illi matri D. —<sup>2</sup> commisit D. —<sup>3</sup> construpratione S 2. —<sup>4</sup> (pen. pur.) pur. pen. D. —<sup>5</sup> om. D. —<sup>6</sup> autem add. D. —<sup>7</sup> (s. p. c.) om. D. —<sup>8</sup> (i. d.) interdum S 3. —<sup>9</sup> pro S 2, 3. —<sup>10</sup> (item - Dei) Britius quedam nomine dum gravi infirmitate langueret ita ut loqui non posset acceptum sanguinem de cicatrice lateris B. Helene in aqua positum et ab eo potatum in brevi plenam recepit sanitatem D. —<sup>11</sup> (item - palatini) iuvencula nobilis gravi infirmitate detenta, uxor Rolandi palatini, amissus sensu et intellectu ita ut fatus putaretur et esset, ducta ad B. Helenam (*prius script.* Margaritam) sanitatem recepit et usque ad mortem semper in bono sensu fuit D.

**9.** —<sup>1</sup> (c. d. o.) ostendit c. d. S 2. —<sup>2</sup> (in quadam - eis) quibusdam sororibus sibi familiaribus ostendit venerandum Christi corpus in quadam pixide sub diversis formis una D. —<sup>3</sup> due S 2, 3. —<sup>4</sup> (illud - eis) alia vidit in specie pueri parvuli alie vero insuper viderunt sub quadam specie rubea. Tunc dixit eis dilecte sorores gratias agatis Deo quia dignatus est nobis ostendere mirabilia sua D. —<sup>5</sup> manus D. —<sup>6</sup> (i. c.) ad celum D. —<sup>7</sup> om. S 3. —<sup>8</sup> (scisso - viatico) absque quod portarentur ab aliquo qui videretur D.

**10.** —<sup>1</sup> om. D. —<sup>2</sup> et add. S 3. —<sup>3</sup> (ipsa - angelicus) ang. c. i. o. in ae. au. e. D. —<sup>4</sup> (et ma-

et nunc ab eisdem reportatum<sup>7</sup> est mihi. » Omnes reliquie de altari veniebant ad eam scisso viatico (3) etiam cum ipso viatico<sup>8</sup>.

**10.** Ipsa eciam<sup>1</sup> orante auditus est cantus in aere<sup>2</sup> angelicus<sup>3</sup> et magne suavitatis; frequentissime eciam audierunt sanctos loquentes sibi et colloquentes cum ea<sup>4</sup> de vita sua<sup>5</sup>. Et<sup>6</sup> portata fuit carta de vita ipsius<sup>7</sup>, quam nullo modo voluit presentare<sup>8</sup> et rogabat sanctos<sup>9</sup>: « Domine, non fiat nec faciatis publicari aliquid de vita mea, precipue de occulta penitentia. » Litteras<sup>10</sup> missas<sup>11</sup> de celo<sup>12</sup> viderunt in manu sua, quas nullo modo potuerunt auferre de manu sua. Et cum non nosset scientiam litterarum nisi utcumque horas de beata Virgine, frequentissime legebat psalterium, et aliam noticiam litterarum non<sup>13</sup> habuit<sup>14</sup>. Item dum quadam vice in profunda nocte hyemis iacebat orans cum quibusdam sororibus, aparuerunt sancti apud illum<sup>15</sup> quos alie non viderunt sed vocem audiebant. Tunc dicebat illis<sup>16</sup> de dolore quem habuit per cicatrices et portata fuit sibi tunc carta quam dicebant dari cuidam sorori, quod ipsa nullo modo concessit, quam cum vellent due sorores recipere de manu sua nullo modo potuerunt, et tunc<sup>17</sup> lumen magnum refluisit in domo et mirabilis odor remansit<sup>18</sup> post discessum<sup>19</sup> angelorum<sup>20</sup> sanctorum<sup>21</sup> qui<sup>22</sup> cum eam ea loquebantur.

**11.** Item cum quedam ex sororibus, que tunc temporis habebat curam ovium monasterii, afficeret tristitia de morte cuiusdam ed<sup>1</sup> quasi ex negligencia sua mortui, dicta Helena ipsam blande consolata<sup>2</sup>, ipsum edum<sup>3</sup> qui per noctis spacium mortuus iaceret suo tactu statim redidit vivum et incolumem<sup>4</sup>. Item in relatione

Angelos  
concinentes  
audit;

Litteras  
de caelo  
per eos  
accipit.

Haedus  
vitae  
redditur.

gne - ea) frequentissime ita ut omnem suavitatem melodie humane superaret. Sancti quamplures missi sunt ad eam de celo cum quibus colloquebatur ut viderunt et audierunt aliquę ex sororibus loquebantur enim D. —<sup>5</sup> et penitentia et quomodo omnia facta virtuosa scribuntur in libro Dei add. D. —<sup>6</sup> nam D. —<sup>7</sup> (portata - ipsius) d. v. i. p. f. ei c. D. —<sup>8</sup> (v. p.) p. v. D. —<sup>9</sup> (r. s.) ostendere, unde ad Dominum Fia preces emittebant D. —<sup>10</sup> sibi add. D. —<sup>11</sup> om. D. —<sup>12</sup> delatas add. D. —<sup>13</sup> om. S 3. —<sup>14</sup> (in manu - habuit) sorores monasterii et cum in extasi positae vellent eas ab ea eripere numquam potuerunt. Cum nullam haberet antea peritiam litterarum B. Helena a Deo edocta fuit ut officium B. Virginis et psalterium per optimae legeret D. —<sup>15</sup> illum S 3. —<sup>16</sup> illa S 2. —<sup>17</sup> (item dum - tunc) quadam nocte orante B. Helena apparuerunt ei quidam sancti quos quidem audierunt sorores loquentes cum ea sed non viderunt. Curiosus scrutantes de qua materia loquebantur audierunt quod de dolore stigmatum loquebatur quas receperat in diversis temporibus, ut supra dictum est. In illa extasi posita et in illo colloquio cum sanctis continente multa de vita eius ut illum cuidam soror daret. Ipsa vero reniens dixit: hoc nullo modo fiat quia dum vivo ipsa mea secreta ab aliis scripsi non cupio. Sorores autem accedentes ad eam in extasi positam litteras quas tenebat in manu conante sunt auferre sed non potuerunt. His peractis D. —<sup>18</sup> et add. D. —<sup>19</sup> om. D. —<sup>20</sup> et add. D. —<sup>21</sup> recessum add. D. —<sup>22</sup> antea add. D.

**11.** —<sup>1</sup> hedi S 2, 3. —<sup>2</sup> consolatam S 1-3. —<sup>3</sup> hedum S 2, 3. —<sup>4</sup> (item - incolumem)

(1) « Ciborum seu armariolum ubi reponitur pyxis in qua sacra Eucharistia asservatur. » DuCANGE, i. v. fenestra. — (2) Comm. praev. num. 6,

supra, p. 269. — (3) « Sacrae Eucharistiae quae aegris ac morituris datur receptaculum. » DuCANGE, i. v. viaticum,

cuiusdam

*Virgae  
aridae re-  
virescunt.*

cuiusdam sororis antique et devote compertum est quod cum quadam vice ad signandas planulas vel semina dicta Helena virgas aridas fixisset<sup>5</sup> in terra, sicut consuetudinis eius erat occupari circa opera laboriosa, subito dicte virge aride folia viridia cum admiracione sororis que huic iocundo interfuit miraculo protulerunt; quod postquam advertit dicta Helena causa humilitatis conservanda adcurrente radicitus extrebat<sup>6</sup>.

*Apparitio  
angelorum.*

**12.** Item dum quadam vice in nocte Epiphanie Domini post completorium solito more orationi morosius incumberet, lumine materiali in capella deficiente, sicut ex relacione sororis, que tunc in ecclesia sola cum ea remanserat<sup>7</sup>, didicimus, subito tectum capelle sicut eidem sorori videbatur apertum est et fugans tenebras ipsa capella lumine celesti resplenduit, descendentesque quatuor viri splendidissimi ad ipsam orantem, oculos predicte sororis immensitate luminis<sup>2</sup> reverberabant, nec videre potuit quid ibi circa illam ageretur nisi quod, recedente lumine et tenebris redeunibus, vocata ex nomine per dominam Helenam intellexit crucem ei in manus delatam, cum qua eciam fere usque ad matutinas laborando viri tandem ut removeri posset<sup>8</sup> obtinuit<sup>4</sup>.

*E pectoris  
cicatrice  
lilium  
exoritur.*

**13.** Item<sup>1</sup> in nocte Purificationis beate Virginis veniens dicta Helena circa secundam vigiliam noctis excitavit duas ex sororibus quibus secreta sua familiaribus committere conseruerat, eisdem comitantibus intravit ecclesiam, ubi cum prolixius orationi instaret, subite facta in extasi, toto corpore quasi examinis corruit, ad quam occurrentes<sup>2</sup> dicte sorores<sup>3</sup> audierunt ipsam quasi<sup>4</sup> beate Virgini<sup>5</sup> conquerentem et<sup>6</sup> postulantem<sup>7</sup> ab eadem<sup>8</sup> ne signum quod sequenti die futurum erat super eam fieret conventu presente, quod vix precibus obtainuit; ne autem omnino non fieret obtainire<sup>9</sup> non potuit. Unde crastino die in pectore eius circa orificium<sup>10</sup> stomachi<sup>11</sup> lilium mirifici candoris fuit exortum, sed ab eadem quantum profundius potuit fuit radicitus evulsum<sup>12</sup>. Non enim aliqua<sup>13</sup> signa circa se facta volebat publicare. Hoc autem lillum non solum cuncte sorores sed eciam seculares et ipse rex postea diu servatum in argumentum veritatis videlicet meruerunt. Hoc<sup>14</sup> eciam obmittendum<sup>15</sup> non puto quod, ordinante divina providencia, que occulto consilio omnia disponit in numero pondere et mensura, omnes cica-

Cf. Sap.  
11, 21.

cum B. Helena quamdam ex sororibus vidisset dolore affectam eo quod quidam edus mortuus fuerat quasi ex incuria sua nam ad eam pertinebat ovum cura tactu manus ad vitam restituisti et incolumem, ipsam sororem multipliciter consolando D. —<sup>5</sup> fixisse S 2, —<sup>6</sup> (item - extrebat) cuiusdam monialis a. r. c. e. q. subiungo. Nam cum in orto quasdam herbas si-

gnasset ad semen colligendum tempore suo cum virginis aridis ipse virgo viride effecte folia protulerunt. Quod cum dicta sanctimonialis vi-

disset et alii retulisset B. Helena hoc perpendens, ne humana laude amitteret suarum operationem (sic) meritum eas radicitus evellit D.

**12.** —<sup>1</sup> remansit D. —<sup>2</sup> lucis S 2, 3. —<sup>3</sup> possit S 2, 3. —<sup>4</sup> optimis S 1.

**13.** —<sup>1</sup> om. D. —<sup>2</sup> occurrentes S 3. —<sup>3</sup> (veniens - sorores) cum oraret in ecclesia prolixius visa fuit a duobus sororibus sibi familiaribus, et que (sic) sua secreta magis comitabat in ex-

trices corporis sui de quibus supra satis dictum est ante mortem eius sunt clause et sanate. Imminente autem transitu eius felicis anime, nocte precedenti<sup>16</sup> sororibus ad eam congregatis, subito apertis oculis spiritualibus<sup>17</sup> vidit Iesum consolatorem suum ad eam venisse<sup>18</sup> ut eum cui iugiter inheserat presentem agnosceret, quem postmodum recedente cum lacrimosis querebatur<sup>19</sup> audiens sororibus prosequebatur.

**14.** Post mortem quoque eius divina non defuerunt miracula. Nam quidam nomine Blasius, civis<sup>1</sup> Vesprimiensis officio<sup>2</sup> omnium membrorum destitutus, a dicta beata Helena premonitus ut ad sepulcrum eius oraret usum membrorum recepit. Item<sup>3</sup> Thomas sacerdos, vir religiosus, eiusdem monasterii sancte Katherine procurator et capellanus, in pedibus et<sup>4</sup> manibus ac linguis paralisi<sup>5</sup> percussus, ad sepulcrum eiusdem virginis<sup>6</sup> orans curatus est. Item<sup>7</sup> quedam iuvenula habens ma...<sup>8</sup> arrepta<sup>9</sup> a demonio<sup>10</sup>, cum ad eius sepulcrum fuisse adducta, liberata est.

**15.** Cum autem<sup>1</sup> crebrescentibus miraculis predicte sorores devocatione accense cum suis cancellanis voluissent statum corporis eius<sup>2</sup> explorare, deliberaverunt sepulcrum eius aperire, maxime suadente quadam sorore sancte vite et dicente quod terra corpus eius sanctitatem ipsum venerans non tangere. Cum igitur<sup>3</sup> apertus fuisset loculus tanta subito odoris fragrantia et diversitas cunctos ibi existentes perfudit ut ex ipsa mirifici odoris suavitate tanquam liliorum, rosarum, thuris et aliorum aromatum eius simillimam integratatem, caritatis ardorem, orationis infatigabilem instantiam, etsi testes deessent, signa predicarent; qui quidem odor non solum ipsum claustrum sed eciam totam viciniam<sup>4</sup> monasterii cum admiracione omnium<sup>5</sup> suavissime replevit. Probatum est etiam experimento quod dicta soror predixerat, quia<sup>6</sup> inventa est terra ex omni parte se supra sanctum corpus virginis ad mensuram cubiti virilis manus<sup>7</sup> elevasse. Cumque sacerdos qui presens huic negocio interfuit ex fervore devocationis per parvum foramen quod primo fuit apertum manum misisset in sepulcrum ut tactu illius sanctissimi corporis sue devocationi satisfacere potuisset, casu duos digitos in lateris cicatricem profundius immersit, quos extrahens in eis stillam<sup>8</sup> olei odoris suavissimi habundantius perfluentem<sup>9</sup> omnibus<sup>10</sup> circumstantibus presentavit. In cuius<sup>11</sup> etiam corpore hoc apparuit<sup>12</sup> miraculum,

tasim rapta et quasi examinis facta in ipso excessu D. —<sup>4</sup> loquentem add. D. —<sup>5</sup> et add. D. —<sup>6</sup> om. S 3. —<sup>7</sup> postulante S 1-3. —<sup>8</sup> ea D. —<sup>9</sup> optinere S 1, D. —<sup>10</sup> orifitum S 2, 3. —<sup>11</sup> stomaci S 2, 3, D. —<sup>12</sup> avulsum S 3, D. —<sup>13</sup> om. D. —<sup>14</sup> om. D. —<sup>15</sup> (e. o. e. D. —<sup>16</sup> precedente S 2. —<sup>17</sup> om. D. —<sup>18</sup> (a. e. v.) adesse D. —<sup>19</sup> (l. q.) lacrimis querulis D.

**14.** —<sup>1</sup> cives S 2. —<sup>2</sup> moto add. S 1-3. —<sup>3</sup> om. D. —<sup>4</sup> paralysi S 2, 3, D. —<sup>5</sup> (e. v.) B. Helena D. —<sup>6</sup> om. D. —<sup>7</sup> (h. m.) om. D. Vacat locus 5 circiter litterarum in codd. S 1-3, non vero in D.

—<sup>8</sup> arrepta S 1, 3. —<sup>9</sup> (arrepta a d.) a d. arrepta D.

**15.** —<sup>1</sup> om. D. —<sup>2</sup> B. Helena D. —<sup>3</sup> ergo D.

—<sup>4</sup> vicinam S 1-3. —<sup>5</sup> omni S 2. —<sup>6</sup> quod S 3. —<sup>7</sup> om. D. —<sup>8</sup> scintillam D. —<sup>9</sup> (h.p.) abundantius perfluentis S 2, 3; hab. profluente D. —<sup>10</sup> presentibus et add.D. —<sup>11</sup> huius D. —<sup>12</sup> (h. a.) a. h. S 2.

## VITA

*Morienti  
B. Helenae  
Jesus adest.*

*Miracula  
post  
mortem.*

*Corporis  
elevatio.*

F

quod

## VITA

quod, cum quedam sorores aliquas ibi <sup>13</sup> porciunculas evellendo ex devotione rapere conarentur et ipsa particula vix <sup>14</sup> a corpore divisa et locus avulsionis sanguine recenti rubore <sup>15</sup> videbatur cum tamen ab obitu eiusdem virginis <sup>16</sup> circiter XVII <sup>17</sup> anni fuissent elapsi.

*Clericus  
ab Helena  
in gratiam  
regis  
restituitur.*

**16.** Item <sup>1</sup> quidam clericus <sup>2</sup> nobilis, amissa gratia domini sui regis scilicet Stephani <sup>3</sup>(1), ab eodem dampnatus <sup>4</sup> exilio, cum se videret humano destitutum auxilio, ad patrocinium beate Helene confugiens ad sepulcrum eius orando cum fidelis devocione se et suum negotium eidem in spe obtinendi commisit. Nocte igitur <sup>5</sup> subsecuta, cum se dictus clericus sopori dedisset, visa <sup>6</sup> est ei astare beata Helena que sibi gratiam domini sui reddituram in proximo promisit. Cumque in hac verba ex parte factus, de visione <sup>7</sup> consolatus, miraretur et facto die sociis suis referret visionem, mox ut verba finivit nuncium regis se ad ipsum cum familiaritate invitantem cum gaudio recepit, gratias agens Deo et beate Helene que suum negotium tam celeriter et efficaciter voluit promovere.

*Ad sepul-  
crum  
B. Helena  
sanatur  
mulier  
incurvata,*

**17.** Item quedam mulier de villa Gnelemer, uxor cuiusdam nomine Pauli Giute, violentie incurvata, que tam dorsi quam coxe iuncturas dividendo horridum aspiciendo monstrum ostendebat, ad sepulcrum ipsius adducta, trium dieorum inducias ut in claustro moraretur et suffragium beate Helene imploraret a priorissa impetravit, que infra paucos dies inopinatam et plementariam cum gratiarum actione recepit sanitatem <sup>1</sup>.

*alia  
contracta,*

**18.** Item quedam mulier vidua relecta Wendeg, in tantum contracta <sup>1</sup> quod de loco suo per se non posset <sup>2</sup> moveri, sumpta fiducia et accensa devotione, cum alias ut dictum est alienis manibus moveretur, ad sepulcrum sancte virginis se traxit reptando, ubi plena sanitate recepta in domum suam cum gaudio remeavit <sup>3</sup>.

<sup>13</sup> ex eius corpore D. — <sup>14</sup> (p. vix) vix p. D. — <sup>15</sup> (s. r. rub.) sanguinem recentem emittere D. — <sup>16</sup> om. S 2, 3. — <sup>17</sup> decem et septem S 2; XXII D.

**16.** — <sup>1</sup> om. D. — <sup>2</sup> (q. c.) c. q. D. — <sup>3</sup> Stefani S 2, 3. — <sup>4</sup> damnatus S 2. — <sup>5</sup> ergo D. — <sup>6</sup> visum D. — <sup>7</sup> (d. v.) om. S 2.

**17.** — <sup>1</sup> (Item - sanitatem) mulier quedam curvata monstruose ad sepulcrum B. Helene curata est D.

**18.** — <sup>1</sup> contractata S 1. — <sup>2</sup> (p. s. n. p.) n. p. per s. S 2. — <sup>3</sup> (item - remeavit) alia mulier contracta quo non nisi rapendo incederet sanitatem recepit quamprimum tetigit sepulcrum sancte ita ut domum recte reverteretur D.

**19.** — <sup>1</sup> om. D. — <sup>2</sup> insperatam S 3. — <sup>3</sup> (Andree - sanitatem) cuiusdam comitis ex magna eruditidine magis mortem quam vitam sperans ad sepulcrum virginis ductus infra VIII dies liberatus est D.

**20.** — <sup>1</sup> (Hec - transmisimus) om. D.

**21.** — <sup>1</sup> om. D. — <sup>2</sup> adulta add. D. — <sup>3</sup> (N. a.)

**19.** Item <sup>1</sup> puer quidam nepos Andree de Wig- *puer morti-*  
man, filius comitis Nicolai (2), per varias et *propinquus,*  
graves infirmitates ad sepeliendum pocius quam ad recuperandam sanitatem a parentibus ad ecclesiam sancte Katherine transmissus, infra decem dies per merita beate Helene speratam <sup>2</sup> et integrum recepit sanitatem <sup>3</sup>.

**20.** Hec autem pauca virtutum eius insignia, aliis pluribus per negligiam oblivioni traditis, in testimonium eiusdem sancte virginis fideli relatione ad noticiam omnium fidelium pariter et edificationem transmisimus <sup>1</sup>.

**21.** Item <sup>1</sup> filia <sup>2</sup> eiusdem comitis Nicolai adulta <sup>3</sup> a demonibus vexata pluribus diebus <sup>4</sup> adducta est <sup>5</sup> ad sepulcrum beate Helene virginis; ubi cum esset amissus sensu et intellectu aliquibus diebus ita ut eciam in faciem fratris spueret et clamaret ac se et alios dispergeret <sup>6</sup> et parentes per faciem... <sup>7</sup>, per merita beate Helene integerrimam recepit sanitatem et sicut eadem puerilla referente, et parentibus eius nobis presentibus didicimus, demones ab ea in modum muscarum volitancium exierunt. In similitudinem eaurundem muscarum in nocte Epiphanie in eam intraverant <sup>8</sup>.

**22.** Item anno preterito ante Ascensionem Domini dum <sup>1</sup> quidam adolescens <sup>2</sup> contractus <sup>3</sup> usu membrorum privatus non valens ambulare sed sicut serpens et se trahens manibus miserabiliter ad sepulcrum beate Helene pervenisset et prout poterat orasset, extensis pedibus et membris omnibus, subito resurgens, per merita beate Helene optatam recipiens curam, omnino sanus et currens nobis presentibus restitutus est. De huius infirmitate et contractione et sanitate quam recepit tota civitas Vesprimiensis reddit testimonium, qui etiam adhuc est in Vesprimio pelliarius <sup>4</sup>. Deo gratias. Amen <sup>5</sup>.

Explicit legenda beate Helene <sup>6</sup>.

*puella  
a daemo-  
nibus  
vexata,*

om. D. — <sup>4</sup> (v. p. d.) arrepta sepius D. — <sup>5</sup> om. D. — <sup>6</sup> discerpt S 1, 2. — <sup>7</sup> nonnulla desunt, — <sup>8</sup> (virginis - intraverant) liberata est. Hec arrepta fuit in die Epiphanie a dyabolo in forma muscarum et in eadem forma demones ab ea recesserunt D.

**22.** — <sup>1</sup> (item - dum) om. D. — <sup>2</sup> (q. a.) a. q. D. — <sup>3</sup> et add. D. — <sup>4</sup> (non valens - pelliarius) ita ut in modum serpentis se per terram traheret ad sepulcrum virginis curatus est et in civitate Vesprimensi pelliarii artem sanus exercet. Hec autem pauca scripta sunt ut cognoscatur quanti meriti apud Dominum sit B. Helene. Multa alia miracula fecit tam in vita quam in morte et multa gessit quantum ad penitentias occultas et quantum ad revelationes et collocationes factas cum angelis et sanctis que non scribuntur quia non per venerunt ad nos D. — <sup>5</sup> (D. g. a.) om. S 3, D. — <sup>6</sup> (expl.-Hel.) om. D.; de Ungaria monialis ordinis predicatorum add. S 2; explicit supradicta beate Helene legenda al. man. S 3.

(1) Comm. praev. num. 7, supra, p. 270. — (2) Comm. praev., ibid.